

C'est à la suite de ces incidents et après avoir pris connaissance des *Observations*, que le Saint-Père a daigné adresser à M. Icard un Bref très élogieux pour la Compagnie de Saint-Sulpice, dont le texte est publié à la fin de l'opuscule dont nous parlons. Le voici :

Dilecto Filio, Religioso viro H. P. Icard, præposito societatis Sancti Sulpitii.—Parisiis.

LEO PP. XIII.

Dilecte Fili, Religiose Vir, Salutem et Apostolicam Benedictionem. Tui obsequii significationes excepimus, cum eo libello conjunctas, quem in lucem edidisti, ut ea quæ adversus tuam sodalitatem scripta sunt, eo auctore qui Darrasii ecclesiasticam historiam provehendam suscepit, dilueres, tuumque religiosum ordinem ab illatis censuris vindicares. Grata habuimus : Dilecte Fili, tui devoti animi officia, et cum probe noscamus non modo quam præclaram gerant de vobis opinionem illustres Galliæ antistites, qui eam Nobis suis erga vos præconiis declararunt, sed etiam quantum tribuant institutioni et operæ vestræ, qua in suorum seminariorum alumni excolendis constanter utuntur, non potuimus non moleste ferre invidiam in societatem vestram conflari, et ea in ipsam indigne proferri, quæ famam ejus et existimationem publice obscurant. Tu vero, Dilecte Fili, in hac doloris causa habes cur tuum animum erigas, habes cur obtrectatorum oppugnationes contemnas, dum gravia et honestissima sodalitati tuæ honorum judicia suffragantur. Perge itaque cum tuis alacriter virtutis ac religionis ope, bonorum landem mereri, ac minime dubites de paterna dilectione Nostra, quam non modo tibi tuisque sodalibus his litteris declaramus, sed reipsa præstabimus etiam ea agentes quæ decus et existimationem vestram Nobis cordi esse demonstrent. Interea Tibi, Dilecte Fili, cunctisque quæ præsidet cœlestium omnium ubertatem munerum adprecamur, ut in dies magis divinæ gloriæ, et Ecclesiæ bono inservire valeatis, ac in eorum auspiciis Apostolicam Benedictionem singulis universis peramanter in Domino impertimus.

Datum Romæ apud S. Petrum die X Julii, Anno MDCCCLXXXVI, Pontificatus Nostri Nono.

LEO PP. XIII.

C'est à la suite de ce Bref que M. Icard a rendu publiques les *Observations* destinées à défendre la Société de Saint-Sulpice des accusations qui ont contristé le Saint-Père.

Ce Bref est un hommage éclatant rendu à la Société de Saint-Sulpice. Nous l'en félicitons. C'est elle qui a gardé, dans cette France religieuse que nous aimons, les traditions du XVII^e siècle, ces traditions de science austère et féconde, ce zèle apostolique et expansif, cette distinction supérieure, ce tact, cet équilibre, cet art du gouvernement des âmes, qui fait l'admiration de tous.

D'après un télégramme adressé aux Agences officielles, le